

Q. H. 128, 33.

Yd
5298

AD
INAVGVRATIONEM
INSPECTORIS SEMINARII THEOLOGICI
FRIDERICIANI

ET
AVDIENDAM
D. XII. OCTOBR. A. clb Is cc LXI

H. L. Q. C.

DISPVATIONEM THEOLOGICAM

INVITAT

ET
DE SEMINARII
ORIGINE ET INCREMENTIS

COMMENTATVR

M. IO. PETRVS SCHWARZIVS

CONC. AVL. ET CONS. ASS.

RVDOLPHIPOLI,
LITTERIS HERED. LOEWIAN.



0 4 12 22

AD
INSTITUTIONEM
DIRECTORIS SEMINARI THEOLOGICI
FRIBERICIANI

AT
AVDHEIDAM
D. XII OCTOB. A. DO B. 1811

DISPUTATIONEM THEOLOGICAM

DE SPALINAE

OPINIO ET IN REMEDIIS

COMPARATA

AL. JO. PETR. SCHWENKEL

AVDHEIDAM

AVDHEIDAM
FRIBERICIANI

FRIBERICIANI





Q. D. B. V.



Habuit prisca iam ecclesia Seminaria sua Theologi-
ca * nec desunt nostra aetate causae, quae
illa maxime vtilia, quin necessaria reddunt. No-
mine enim hoc designare solemus eiusmodi
instituta, vbi, qui muneribus destinati sunt
ecclesiasticis ad eadem rite et cum fructu obeunda
cum

A 2

* Ad historiam Seminariorum noscendam, commendatur in der fortge-
setzten Sammlung, von A. und N. theologischen Sachen ad
A.



tum praeceptis, tum ipso usu praeparantur. Vnde nemo non videt, facere Seminaria Theologica non solum ad id, vt, qui alios salutaribus imbuere debent doctrinis, ipsi probe illas cognituras habeant, methodum, qua cum emolumento proponendae et tradendae sunt, discant, ac iis viuere affueant moribus, qui cum muneribus, tum ipsis sint et honori et commendationi, sed praecipue etiam hanc adferre vtilitatem, vt cuiusque ad officia sacra adspirantis dotes ac indoles accuratius noscantur, spartaque talis tribui possit singulis, quam ornare valeant. Quantum vero intersit gloriae diuinae et hominum salutis, tales habere doctores, eaque vti in muneribus conferendis prouidentia, non nisi hebetissimum quemque latere potest.

Quae de Seminariis in vniuersum diximus Theologicis eo magis pertinent ad Fridericianum nostrum, quo insignior est, qua gaudet, praerogatiua, quod non solum, qui olim futuri sunt verbi diuini praecones, sed etiam qui minoribus scholis praeficiendi sunt, ludimagistros adpellant, in eo erudiuntur. Formatur in eiusmodi scholis maxima pars futuri populi,

A. 1747. pag. 769. la storia de' Seminari Chiericali raccolta DA GIOVANNI DI GIOVANNI, quae Romae 1747. 4^{to} prodit. CYPRIANVM, alicubi proximorum Clero mentionem facientem PERTSCHIVS putat hist. Eccles. p. 150. de Seminariis Theologicis loqui.

populi, irreparabileque inde redundat aequè in ecclesiam ac rempublicam damnum, si hoc negotium iis datur, qui doctrinarum sunt ignari, quarum efficacia corruptum humani generis animum solummodo emendare potest, quique ipsi peruersam sequuntur vitendi rationem. Frustra tempus sumimus, quod concionibus in templis impendimus, frustra veritates explicamus coelestes et inculcamus, ac adhortamur homines ad pietatis studium, si auditores nanciscimur, qui vel primarum Christianae religionis linearum non accuratam et distinctam possident notitiam, qui verba tantum memoriae mandare, ad res ipsas non attendere, inde a teneris assueuerunt, qui denique prauis exemplis facti sunt peiores, ac natura erant. Quales autem ciues agent, quorum animi religionis vinculo non tenentur? Quod obsequium erga magistratus, quae fides, qui amor erga alios expectari ab iis potest, qui Numinis non tanguntur metu? Quae tandem prudentia in negotiis suis tractandis versabuntur, qui rite et considerate de veritatibus, ad nostram felicitatem tantum adferentibus momentum, cogitare non didicerunt?

Est igitur, et manebit Seminarium nostrum insigne et luculentum tum pietatis, tum vere paternae pro salute ciuium curae monumentum eorum principum, quorum auctoritate et sumptibus constitutum fuit, meritoque etiam exterorum tulit plausus. A quibus cum saepius fuerim rogatus, vt qua ratione sit funda-



tum eos docerem, hac occasione vti decreui, et desideris illorum, quantum fieri potest, satisfacere.

Ad Seminarium hoc condendum adplicuit animum immortalis memoriae Princeps FRIDERICVS ANTONIVS, eumque per Rescriptum, vt vocant, A. 1738. d. 7 Augusti Consistorio significauit, conditionesque, quibus Seminarium condi debere censuerant, qui eas conscribendi acceperant mandatum, examini eius tradidit. Inter quas cum esset, vt reditus, quibus minister verbi diuini apud milites fructus erat, in vsum Seminarii adhiberentur, duoque ex eius membris, in ordinem sacrum recepta, eo officio in posterum fungerentur; interea autem contingeret, vt hoc ipsum munus, nondum omnibus satis conquisitis et dispositis, vacaret, A. 1740. d. 5 Febr. duo lecti sunt, iique primi Seminaristae, plurimum nimirum reuerendi Wilhelmus Ludouicus Hoenniger et Fridericus Nicolaus Hammer, alter iam Pastor Allendorfenfis, alter Megahetstettensfis. His deinde suffecti sunt alii, isque status fuit Seminarii ad annum vsque 1744, omnia interim moliente optimo principe, vt laudabile hoc institutum ad perfectionem deduceretur. Dicauerat Seminario iam, vt litterae, quas subiicimus, testantur, anno hunc praetergresso summam 4100 Imperialium.

lium.* Adiecit deinde non summam solum 8000 Imperialium, sed, praeter alios 2000 collatos, in annuos reditus eidem

* Von Gottes Gnaden, Wir Friedrich Anthon, Fürst zu Schwarzburg etc.

Urkunden vor Uns, Unsere Erben und Nachkommen hiermit, daß nachdem seit Unserer unter dem Segen und Gnade des Höchsten angetretenen Regierung Wir Uns aus tragender landesväterlicher Vorsorge nichts mehr haben angelegen seyn lassen, als daß die Kirchen und Schulen mit frommen, gelehrten und tüchtigen Seelsorgern, Predigern und Lehrern versehen, und Unsere sämtlichen Unterthanen in der Erkenntnis Gottes und seines allein seligmachenden Wortes treulich unterrichtet werden mögen, und wir dann in solcher Christl. Fürstl. Absicht ein Seminarium von Candidatis Theologiae und andern hiernächst zu Schuldiensten geschickten anzulegen Uns gnädigst entschlossen, auch damit Unsere hierunter führende Intention um so mehr erreicht werden möge, zu Etablierung sothanen Seminarii Theologici ein bey Unserer Creditcasse zu fordern habendes und Uns zustehendes Capital an vier Tausend und ein Hundert Thalern dermassen aus Fürstl. Gutmüchigkeit beständig dazu gewidmet haben, daß die davon jährlich zu entrichtende Interessn an zwey Hundert fünf Rthlr. an Unsr. hiesiges Fürstliches Consistorium nach einer an Unsere Fürstliche Cammer dieserhalb bereits ergangenen Verordnung von dem herannahenden 1744sten Jahre an in Quartalschen Fristen gegen Quittung gezahlet, und nach der besonders zu machenden Einrichtung angewendet werden sollen; Als haben Wir nur gedachten Unserm Consistorio dieses statt einer Fundations - Versicherung unter Unserm Fürstl. Inseigel und eigenhändiger Unterschrift ausfertigen lassen. So gesehen Rudolstadt den 24sten Decembr. 1743.

(L. S.) Friedrich Anthon,
F. z. Schwarzburg.

eidem 50 Imperiales ex aerario, piis destinato vſibus, totidem ex fiſco ſcholatiſtico, ac denique 60, qui alendo informatori orphanorum hucusque impenſi fuerant, decreuit. Congeſtis ita ſumtibus, quos Seminarium poſtulare videbatur, nominatis etiam a ſacro Synedrio, qui vacuos in primo et ſecundo ordine locos occuparent, operi immoritur longiore vita digniſſimus Princeps, illudque ceu Dauid Salomoni ſuo templum, perficiendum relinquit, vt imperii, ita paternarum virtutum haeredi, Sereniſſimo Principi IOANNI FRIDERICO. Tantum autem abſuit, vt ex hac mutatione detrimentum caperet Seminarium, vt potius ex eo tempore qua varia momenta melius eidem fuerit prouiſum. Cauit ſapientiſſimus Princeps, quo tum valetudini conſuleret Seminaristarum, tum illis diſcurrendi tempusque perdendi occaſionem praefeinderet, vt victus illis praeberetur in ipſo orphanotropheo, quod habitant. Iuſſit quoque, vt Inſpector, ſtipendio 200 Florenorum Miſnicorum auctoratus, praeficeretur Seminario et vtriuſque ordinis membra erudiret, cum antea hic labor, tum Miniſterio eccleſiaſtico, tum Reſtori et Conreſtori deſtinatus eſſet. Omnibus ita diſpoſitis, tandem dies V Martii 1746, ex nomine Friderici, quod vtiliſſimi inſtituti auctoribus commune eſt, (vnde Fridericianum quoque adpellatum) notabilis, dictus eſt inaugurationi eius.

Quae

Fridericianum

Quae, quibus peracta solemnibus sit, prolixius persequi non opus est, cum de iis relatum sit in Actis ecclesiasticis,* quemadmodum laborum quoque, tum Inspectori, tum Seminaristis incumbentium, delineatio, vna cum legibus, quae sunt latae, ibidem, exhibetur.** Inde ad hoc vsque tempus primo ordini adscripti fuerunt XXXI, alteri autem XXXVI.

Intellexit autem facile Praestantissimus Princeps, Seminarium non commode carere posse Bibliotheca, hancque ob causam tum Collegio Regiminis, tum quod res sanctiores curat, A. 1748. d. V Martii mandauit, vt secum confilia de publica erigenda communicarent. Patere non solum iussa est Bibliotheca, quae in templo vrbano asseruatur, sed praecipue ea Seminario vsurpanda tradita est, quae in aula Principis custodiebatur, additique etiam libri fuerunt ex fatali incendio, quo arx Schwarzburgica, vna cum instructissima, quae ibi collecta erat, Bibliotheca, conflagrauerat, erepti. Haec tandem Bibliotheca cura inprimis Perillustris et Excellentissimi Domini CHRISTIANI VLRICI DE KETELHODT, Cancellarii et Praefidis, tum ciuilis, tum sacri senatus Eminentissimi, qui gloriam stemmatis antiquissimi

* anni 1747. pag. 242.

** anni 1753. pag. 122. seq.

quissimi summis auget virtutibus, et ad litteras iuuandas
natus est, annuis dotata est redditibus*, quos in posterum
etiam auctum iri, nullus dubito.

Praefui ipse Seminario XV, et quod excurrit, annos,
primus Inspector, et tum Diaconus III. tum Archidiaconus
creatus, hoc functus sum officio. Euocato autem ad con-
cionatoris aulici munus, cum functiones quoque demandaren-
tur, quae Superintendentis generalis sunt, praeter ordina-
tiones, ut vocant, et directionem examinum rigorosorum,
omnes, successor datus est mihi vir plurimum reuerendus
et doctissimus **AHASVERVS IOANNES BIEL**,
Artium Magister, olim Pastor Meißelbacensis, nunc Diaconus
tertius in hac vrbe. De vita eius, cum Artium Magister
crearetur Lipsiae, exposuit **IO. FRIDER. CHRIST****,
Lipsiensis Academicae, dum viueret, ornamentum. Al-
tenburgi deinde per biennium commoratus est, et studia
formauit Liberos Baronum de **SECKENDORF**, qui
Illustrissimi S. R. I. Comitis erant ex fratre nepotes.
Quo

* Vide litteras, quae *nouis actis historico - ecclesiasticis*. P. IX. pag.
57. sqq. insertae sunt.

** Titulus scripti est: *CHARISIA XIII Philosophiae Candidatis,*
qui Magistri Artium creantur, carmine edicit etc. p. 18.

Quorum aliqui cum aetatem affecuti essent militiae, cui daturi erant nomina, maturam, rediit Lipsiam, et aperuit Collegia Philosophica et Mathematica. Eruditionis suae varia edidit specimina, variis inserta ephemeridibus. Publicavit etiam disputationem de defectibus Psychologiae rationalis, et impetrata venia ab inclyta Facultate Philosophica capeffendi honorem Assessoris, aliam pro loco, de elementorum vera et nimia subtilitate. Alteram, ex consuetudine eius Academiae, parans, in patriam reuocatus est, et obtinuit locum in primo ordine Seminarii verbumque diuinum militibus praedicare iussus est.

Inaugurabitur ad munus Inspectoris d. XII. Octobris, hocque die, quae ob tumultus bellicos d. V. Martii disputari non poterant, publico contradicentium examini subiicientur positiones, de primo genere communicationis idiomatum agentes. Quem Actum vt sua praesentia condecorare velint Perillustres et Excellentissimi Maecenates, Magnus, plurimumque Reuerendi sacrorum antistites et quotquot Seminario ac litteris fauent, obseruantissime et enixe rogo.

Faxit Deus, vt Seminarium, quod fore non dubitamus, ita administretur, vt plurimum inde amplificetur
B 2 gloria

gloria sanctissimi eius nominis, maximusque inde tum ad
ecclesiam, tum ad rempublicam redundet fructus. Ser-
uet Serenissimum Seminarii Statorem, Clementissimum Pa-
triae Patrem, et hoc ac alia beneficia, quae in ciues con-
fert, innumera, longissima et calamitatibus vacua vita,
quae mortalium votis expeti possunt, bonorum afflu-
entia, felicitate inprimis Augustae Domus
perpetua compenset.

26 5292 01

X 363 1573
VD16



non est...
...
...



D. H. 128, 33.

Yd
5298

AD
INAVGVRATIONEM
INSPECTORIS SEMINARII THEOLOGICI
FRIDERICIANI

ET
AVDIENDAM
D. XII. OCTOBR. A. clb Is cc LXI

H. L. Q. C.

DISPUTATIONEM THEOLOGICAM

INVITAT

ET
SEMINARII
ET INCREMENTIS

COMMENTATVR

FRIDERICVS SCHWARZIVS

AVL. ET CONS. ASS.

DOLPHIPOLI,
S HERED. LOEWIAN.

BIBLIOTHECA
NICAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(BAULE)

